



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXCII. Heinrich, Markgraf von Brandenburg, erklärt dazu seine
Genehmigung, daß Markgraf Woldemar mit den übrigen Churfürsten bei
der Königswahl dem Pfalzgrafen Ludwig, Herzoge von Bayern, seine ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

tamquam vero vestro domino, exhibeatis et paratos, sic nostris monitis et exhortationibus benivole annuentes, ut vestris honoribus, commodis et libertatibus ipse dominus rex et nos principes opportunis temporibus intendere merito delectemur. Datum in castris apud Frankenfurt, XI kalend. novembris, anno domini millesimo CCC. XIII. Regnorum vero nostrorum anno quarto.

Nach Boehmer's Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus T. I, p. 408.

Anm. Gleichlautende Verkündigungen erließen an demselben Tage der Erzbischof Peter von Mainz, der Erzbischof Balduin von Trier, so wie der Herzog Johann von Sachsen, an die oben gedachten Städte. Von dem Markgrafen Woldemar von Brandenburg ist ein solches Document bis jetzt nicht aufgefunden.

DXCII. Heinrich, Markgraf von Brandenburg, erklärt dazu seine Genehmigung, daß Markgraf Woldemar mit den übrigen Churfürsten bei der Königswahl dem Pfalzgrafen Ludwig, Herzoge von Bayern, seine Stimme gegeben habe, am 23. October 1314.

Nos Henricus, dei gracia brandeburgensis et in Landesperg marchio, Recognoscimus et ad universorum noticiam volumus pervenire, quod in facto electionis regis Romanorum, quam illustris dominus Woldemarus, marchio brandeburgensis terreque Lufacie dominus, patruus noster karissimus, de illustre domino Ludwico, comite palatino Reni, duce Bawarie, una cum ceteris principibus et electoribus imperii fecit et fecisse dinoscitur, nostrum consensum plenum et liberum tenore presentium adhibemus, Dantes super eo has nostras litteras nostro sigillo communitas. Datum in Frankenfurt, anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo, decimo kalend. novembris.

Nach Boehmer's Codex diplomat. Moenofrancofurtanus Thl. I, S. 408.

DXCIII. Schreiben der Stadt Weßlar an die Stadt Aachen wegen der zu Frankfurt, bei persönlicher Anwesenheit der Markgrafen Woldemar und Heinrich von Brandenburg, vorgenommenen Wahl Ludwigs des Bayern zum Römischen Könige, vom 25. October 1314.

Prudentibus et multe honestatis viris, Sculteto, Scabinis, Consulibus, totique vniuersitati ciuium Aquisgranensium, necnon vniuersis terrarum nobilibus, ac alijs quacunq[ue] dignitate predictis Scultetus, Scabini, Consules totaque vniuersitas ciuitatis Wetflarie cum desiderioso animo ad ipsorum queuis beneplacita semper beneuolos et paratos. Prudentiam ac honestatem vestram tenore presentium volumus non latere, quod cum dies precise et premporie in campis Frankenfurd, videlicet (in) crastinum Beati Luce Euangeliste proxime transactum, fuisset ad eligendum Romanorum Regem, Principibus Electoribus assignata, conuenientibus et ibidem comparentibus Reuerendis in Christo Patribus ac Dominis, Dominis Petro Sancte Moguntine sedis, et Balduino sancte Treuirensis sedis Archiepi-